RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 129v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26040
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Lprecedente illos nube que est xpc uidelicet secundu humanum cor-
pus. de qua nube plenius in exodo dixi. Locutus est dns ad moysen dicens. Fac tibi duas tubas ducti-
les argenteas. quibus conuocare possis multitudinem. quando mouen-
da sunt castra. Cunq; increpueris tubis. congregabunt ad te omnis tur-
ba ad ostium federis tabnaculi. Quia duo sunt aduentus tremendi iu-
dicis circa quos omnis scriptura diuinitus inspirata. omnis scriptura
legalis. pphetica. atq; euglica omnem operam suam. totum spm. & omne
conamen suum expendit. recte non tres. aut quatuor: non inqm plu-
res aut pauciores. si duas tantum tubas iubet dns facere moysi.
Que & in hoc argentee sunt. quia predicatorum uerba lucis nitore pa-
rent. & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundunt.
Nam eloquia dni psalmista inquit eloquia casta. argentu igne exami-
natum. Idcirco aut ductiles. quia necesse est ut pdicatores qui secdm
ueritatem scripturarum ambulant. tribulationum tunsionib crescant.
Anno secdo mense secundo. uicesima die mensis. eleuata est nubes
de tabnaculo federis. Profectiq; sunt filii isrl p turmas suas de de-
serto synai. & recubuit nubes in solitudine pharan. Moueruntq; castra.
diritq; moyses obab filio raguel madianiti cognato suo.
Proficiscimur ad locum que dns daturus est nobis. Veni nobiscum.
ut benefaciamus tibi. & cetera. Plerunq; psuadere elatis uti-
lia melius possumus si pfectum eorum nobis potius qm illis pro-
fecturum dicamus. si eorum meliorationem nobis magis qm sibi
impendi postulamus. facile enim ad bonum elatio flectit. si eius in-
flexio pdesse & alius credatur: Unde hic qui regente se deo iter de-
serti ducente aerea columna pgebat. cum obab cognatum suum
a gentilitatis sue conuersatione uellet educere. & omnipotentis di
dominio subiugare. ait. Proficiscimur ad locum que dns daturus
est nobis. veni nobcum & benefaciem tibi. quia dns bona promi-
sit israheli. Cui cum respondisset ille non uadam tecum. si re-
uertar in terram meam. in qua natus sum. iuco subiunxit.
Noli nos relinquere. tu enim nosti in quibus locis p desertum castra
ponere debeamus. & eris ductor nr. Neq; enim moysen ignoran-
tia itineris angustabat. que & pphetie scientia cognitio diuinita-
tis expanderat. que colupna exterius preibat. que de cunctis
interi p conuersationem do sedulam locutio familiaris instruebat.